66
5

ANDREÆ PIPERARII CREMONENSIS ORATIO IN FESTO OMNIVM SANCTORVM AD LEONEM. X. PONT. MAX.

¶ Ad Reuerendissimũ in christo patrẽ & Dñum D. Marcum Sanctę Marie in vialata diaconum Cardinalem Corneliũ / in prouincia Patrimonii apostolicę sedis legatũ / Andreę Piparii Cremoñ epistola.

ORationem: quam in festo omniũ sanctorũ ad Pontificem Maximũ sacrumq; senatum habui, edendam nuperrime dedi. non ꝙ inde vo luerim laudem uenari, sed vt nõ nullis: quorꝫ di/gnitatẽ & beniuolentiã plurimifacio, morem ge/rerem. satis. n. laudis mihi videtur quisq; ex littera rum studiis cõsequi, si animũ suum ita excoluerit: vt ipse sui rectus sit iudex, ne ea nota inurat̃: quę plerisq; mortaliũ ĩsita esse solet: vt silicet sua nimi um amãtes nimiũue ꝓbantes: ea ipsa nec purgato iudicio / nec veritate cõscientię, metiãt̃. Cũ aũt ea oõ pro maiori fere parte sit de supandis aduersis, nemini cõuenientius / q̃ amplitudini tuę dicari po tuit. quando tali es sapientia p̃ditus / & robore ani mi septus: vt nec in ꝓsperis intumescas / nec cuius uis sęuiẽtis fortunę iniuria magnitudinẽ ac p̃stan/tiã animi tui inflectas. Quippe soles prudentiam ducem & diligentiam comitem rebus omnibus adhibere, & si quid exinde aduersi euenerit / fortiter atq; sapienter ferre. Accipias igitur benigno (vt so les) vultu orationẽ ipsam: quam velim & reliqui pura atq; ĩtegra: qua a me ꝑfecta est mente perle/gãt. felix & diu ualeat Amplitudo tua.

¶ Andreę Piperarii Cremonensis Pontificii & Ciuilis iuris doctoris/Protonotarii aposto lici Oratio in festo omnium Sanctorũ. Ad Leonem.X.Pont.Max.M.D:XIII.

Beati, qui persequutionẽ patiuntur propter iusti/ciam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matthei quinto capitulo.

PErspicio/pater Beatissime/ quantum hodierno die susceperim negocii; q apud Sanctitatem tuã/in hoc Sanctissi mo/grauissimoq; consessu/ de re diui na atq; omniũ maxima sum dicturus. Video quidem in me omniũ audientium ora atq; oculos conuerti. video elegantissimas aures porri gi/& ea deniq; expectari: quę supra facultatem/supra vires ingenii mei sunt. Quare diuino mihi lumine opus est: vt solis luce solem ipsum intue/ri/& dicendo complecti possim. omnis.n. sapien tia a dño deo est,& cum illo fuit semper/ & est an te ęuũ. Mens humana sine dei lumine vana & ob scura est. p dei lumen rerum omnium rationes in spicit. p dei lumen intelligit atq; ipsum diuinũ lu mẽ agnoscit. eo itaq; rectore & duce demãdatum mihi dicẽdi munus intrepide aggrediar. Primũq; de sũmo opifice rerum omniũ deo/& de cœlorũ regno, deinde de his: q regnũ cœlorũ adepti sunt

pauca dicam: ex quibus doctrinam euangelicam iustitię & religionis fundamentũ, incomparabilē fortitudinem & constantiam marytrũ, inuictam/ triumphātēq; in aduersis virtutē ita colligam/atq; pro virili iu mediũ adferam: vt oratio mea nō pre teruecta aures vestras, sed ĩ animis insedisse videa tur. plus.n.fidei/q̃ artis.plus veritatis q̃ facundię accipietis. Vos quæso/vt facitis/mētes adhibete/ & Sanctissimā virginem dei matrem: quę cœlis dedit gloriā & mundo lucem/ mecum angelica salutatione veneremini. Aue Maria.

MVltę & varię inter mortales de deo opinio/nes errauere Sanctissime pater/ quidam na turali ingenio confisi, deum corpus esse iudicaue/runt: vt epicuri/stoici/Cirenaici: aut animā quan dam: vt Marcus Varro. M. Manilius/pmultiq; consimiles: qui a veritate longe facti sunt. Alii de um non esse dixerunt: vt Dyagoras, aut dubitaue rũt: vt Protagoras. Hi tanq̃ impii merũ ignorãtię combibentes a diuino lumine & a sana mente pe nitus deflexere. nulla.n.pietas, nulla religio, nulla sanctitas absq; deo esse posset. Sed, proh summe pater omnipotens: Quis mortaliũ tam vecors est: qui cum suspexerit in cœlum, deũ esse nō sentiat: & ea: quę tanta mente fiunt: vt uix quisq̃ arte vlla ordinem rerum ac vicissitudinem prosequi possit, casu fieri putet: Quis diuersorũ syderũ motũ atq;

ordinem perpetuū seruat/motionisq; mensuram singulis assignat? Deus. Quis totam hanc mundi machinā trahit? Deus. Quis mare suis finibus circunscribit? Deus. Quis terrę pódus sistit ac librat in medio? Deus. Deus, inquam, deorum cœlestiū pręstantissimus author omnium. & enim vel locū vel numerum/vel mensuram seruari absq; authoris virtute impossibile est. Aliter de deo sensere nō nulli veterū philosophantiū sapientissimi. Quippe Mercuri⁹ trismegistus maxim⁹ philosophus/maximus sacerdos/maximus rex: qui apud ægyptios tempore Moysi ꝓphetę primus author theologię est habitus/ex Pimandro/idest ex mente diuinę potentię scripsit/deū esse bonum insuperabile sine termino infinitū/principium vniuersorum super omnia/& circa omnia. lucem/vitā/patrem omnium/omni potestate validiorē/omni excellētia maiorem/omni laude meliorem/eius voluntatem a ꝓpriis potestatibus adimpleri: quia verbo cuncta cōstituit. eius imaginem esse omnem naturam/& p singulas mūdi particulas vbiq; splendere. quin etiā hic ipse Mercurius (mirabile dictu) sanctissimā fatetur trinitatem/deū patrem/deū verbum/deum spiritumsanctum. Orpheus pręterea: q post Mercuriū secundas antiquę theologię partes obtinuit/appellauit deū principiū/medium & finem vniuersi, quādoquidē ille sūmus author primo singula creat/secundo rapit/tertio pficit. singu

la ſilicet ab illo perenni fonte efflũt, dũ naſcunť/ deinde ĩ eundẽ refluunt, dũ illam ſuam originem repetũt. poſtremo pficiuntur, poſtq̃ in ſuũ princi/piũ redierunt. Pythagoras/ & ille qdem princeps ingenii & doctrinę Plato/ omneſq; fere ſapiẽtes in aureã de deo ſentẽtiã cõfluxere/ deũ ſilicet ſummũ eſſe bonũ/ ipſumq; oĩa regere/ fortiter attingere/ ſuauiter diſponeř/ ac vitę ſalutiq; nřę oĩbus vndiq; modis puidere atq; cõſulere. Vnde nõ ab re pmulti veterũ theologoꝶ bonitatem ĩ centro vno poſuere/ centrũ vnum omniũ deũ eſſe dicentes/ quattuorq; circulos circa id aſſidue reuolui/ mentem/ animam/ naturam/ materiam. Nos vero chri/ſtiani catholicam fidem integram ſeruantes/ veneramur/ colim⁹/ & glorificamus vnum deum cœli & terrę conditorem/ generationiſq; & ſubſtãtię rerum omnium opificem/ ſupra omne princi/pium/ inefabilem/ inuiſibilem/ ſupra ſenſum/ ſupra vitam/ ſupra ſubſtantiam/ ſine authore/ quãdo eſt ille; qui eſt omnium author/ totus vbiq;/ & ſine eo nihil/ credimus & confitemur chriſtum Ieſum dei filium verũ deum eſſe; qui cum patre & ſpirituſancto ſolus eſt ſempiternus; qui totum verbum patris nunq̃ a patre diſcedens homo p/prie fieri dignatus eſt: vt deus eſſet & homo vna pſona/ vna ſubſtãtia; qui p ſuum p̃tioſiſſimum ſanguinem humanũ genus ab internitione ſempiterna liberauit; qui veram religionem docuit/ eamq;

doctis pariter & indoctis cōmunem fecit;qua qui
dem duce oés ad Beatitudinē, cuius gratia nati ſu
mus/& ad quā conſequendā cōmuni ſtudio labo/
ram⁹/facilius/tutiuſq; peruenire poſſum⁹. credim⁹
inſuper futurum iudiciū/ reſurrectionē ſęculi/pec
catoꝝ ſupplicia/& beatoꝝ in cœlis gloriā:in qua
vera & cumulatiſſima felicitas ē:Ibi nāq; fulgidū
& ſempiternū lumē nullis immixtū tenebris: Ibi
fons vitę/ veritatis/virtutis exuberantiſſim⁹:Ibi ſū
ma & admirabilis ſine comparatiōe pulchritudo.
Rex regū facie ad faciē ī ſuo decore cernit̄.Nemo
ob radiantē diuinitatē ſibi oculos obnubit/nemo
ſcaturientē felicitatis fontē tegit/nemo inuidet,
ſed ad ſuam quiſq; voluptatem ea dei virtute po
titur;quam dilexit;quo fit:vt variis diuinę men/
tis ideis varii animi pro vario amoris raptu fruan
tur in ęternum,atq; id ipſum citra ſacietatem.ęter
nus.n. amor:quo ſemper in dem afficitur anim⁹
efficit:vt deo ſemp tāq̄ nouo ſpectaculo gaudeat.
Adde angelicum melos ſuauiſſimū; quo omnes
cœlorū chori/oēs uires/ oēs potentię/oēs uirtutes
deū unum & omne ſimul cōcinūt/ſimul laudant/
ſimulq; eidē grās agunt tranan ti cœlos/ naturāq;
creanti. Adde pręterea ſempiternum ſine muta/
tione ſtatum: ut animę deo perfectiſſime reſti/
tutę nunq̄ cadant :quod congrue reſpondet op/
poſitis;quę ex tartaro nunq̄ emergere iudicantur.
Sed quid ego plura vel de deo/ vel de cœlorum

regno? quãdoquidẽ nemo est: qui possit satis rem/ tantam consequi verbis/nec referre oratione ma/ gnitudinẽ decoris atq; fœlicitatis. Quod reliquũ est/ergo/dicam de his, qui regnũ cœlorum adep/ ti sunt; quod dum breuiter facio, vos rogo/ani/ mis adeste. Non possumus/ pater Beatissime/ dei pulchritudinem cõtueri/& cœlesti gloria potiri, nisi ante in deum fuerimus reformati. Reforma/ mur autem in deũ, cũ per continentiam vniuersa/ rum victricẽ cupiditatum/ p fortitudinẽ/ per san/ ctitatem; quam diuinus Plato potissimam iustitię partem nominat/suũ deo tribuimns/ mentem sili cet/rationem & animam ipsius dei parentis nostri imaginẽ, quam ab eodem rerũ omnium opifice adepti sum⁹. Id optime omniũ fecit immaculata virgo dei genitrix sanctissima electa & prǫelecta/ deo semper mente/actu/habitu/ gestu applicata: quę super choros angelorum in regni solio sublima ta cũ christo regnat in ęternum: Patriarchę autem & prophetę/ac sancti patres digni deo inuenti per sanctimoniã purgatoriam/purgatiq; animi virtu/ tem animas suas sic expiauere: vt diuinã sapientiã vaporẽ virtutis dei/thesaurũq; diuitiarum omni um adepti/deum agnouerint/deum integra men te coluerint/atq; adeo in deũ/per passionem chri/ sti/originalis peccati vinculo: quo tenebantur/so luto/reformati fuerint. Apostoli christi vitam se/ cuti; quę totius virtutis idea est/ se se totos altissi/

mo tribuentes nõ solum ipsi in deum transierunt, verum etiam vniuersum mundũ ab omni cultura fidei religionisq; desertum velut agrum incultũ & rudem sic excoluerunt/ seminibusq; sanctissimę legis euangelicę ita fecundarunt: vt innumeri mortales ex omni terrarũ orbe eiectis idolis/nefandęq; impietatis erroribus abdicatis imbrem spiritalis gratię exceperint & ad cœlestem patriam ascenderint. Quid dicam de candidato martyrum exercitu? qui in solo deo summũ bonum collocantes pro sanctissima fide christi adeo constanter/intrepide & alto animo certauere: vt nullę eos blandicię/nulla promissa/nulli terrores/ nulla vis/ nulla vel atrocissima supplicia ab intentione christianę mẽtis aut deuocare/aut depellere potuerint. Quin imo ipsi in cruciatibus positi uirtute patientię/ castoq; & pio: quo in deũ ardebãt amore; tormenta carnificum/ferrum/ignem/uincula superantes semperq; sibi ipsis similes pmanentes/ eodem uultu/eodem animo sęuissimorum iussa princicum contemnebant; qui spiritu rabido ita flagrabant amentia/sic inflammabantur furore: ut eos nõ ratio/non ueritas/nõ iustitia/non diuina; quę in ipso agone martyrũ fiebant miracula a nefaria crudelitate reuocarent; quo factum est: ut uiri sanctissimi martyrii palmam consequuti terrarum orbẽ suo sanguine imbuerint; ex quo seges catholicę ecclesię uelut ex iactis seminibus apud omnes na

tiones omnes populos/omes tethrarcas pululauit Nulla.n.ora/nulla sedes/nullus locus est:in quo nō extent sanctorum martyrū religionis/ fortitu dinis/sanctitatis impressa uestigia. Hi sunt: quos uelut aurum in fornace probauit dominus/ & quasi holocausti hostiam accepit, Hi sunt: qui patientes propter iustitiam triumphales coro/ nas meruerunt de manu dei. Subsequūtur Pon/ tifices/ Sacerdotes/atq; doctores:qui mūdicia ui te/sanctitate/doctrina/ exemplo sic in mūdo elu xere:ut ab omnipotenti deo ornari/& stolā cœ/ lestis glorię indui meruerint. Nō referam innume rabiles alios:qui p sacrę fidei fundamētum illu/ minati calcatis sęculi cupiditatibus/illecebris/de/ liciis se ipsos ita superauere:ut post hui⁹ uitę cur/ riculum ingentem in cœlis palmam ut pote de inuictissimo hoste deuicto cōsequuti sint. Nullū profecto aut bellum grauius/ aut tropheum glo riosius esse potest/q̄ se ipsum uel regere,uel supa re:ubi cum appetitu decertat ratio/& caro cōcu piscit aduersus spiritum/ ac pernitioso fędere sibi animū allicit/demulcet/eneruat/& blāda falaciq; suauitate sui impotē reddit.corpus.n.nostrū pra uitatis est fundamentum/uelamen opacū/ dome sticus fur:qui dum blanditur odit/dum odit/in uidet/& ad se ipsum nos deorsum raptat,ne for/ te circūspicientes ueritatis decorem/huius oderi/ mus prauitatem. Iccirco Socrates deū patrē om

nium & ministros eius amice aspirare pcabatur: ut illorũ benigno/ppitioq; fauore intus pulcher efficeretur/ & quęcunq; ei extrinsecus adiacebant intrinsecis essent amica. Hec ipsa pterea scęna fallaciarũ & congeries malorum omniũ uita iugis pugna é/& magnã nobis segetem ac materiam pbet certissimę glorię/ sempiterniq; triumphi. Verum inclita uirtus adhibenda est: quę animos nostros stimulis concitet/ & nobiscum seuere & grauiter sic agat/ & sic loquatur. Ego illa ex dei mente profecta/ altissimis defixa radicibus/in omni tempestate quieta sum· pulsa loco maneo/ luceo in tenebris/splendeoq; per me ipsam neq; alienis unq̃ sordibus obsolesco. Victrix semp /plurimis tropheis ornata/certissimis ditata triumphis. Mecum sunt ornamenta omnia honoris/ monumenta glorię/laudis insignia. Mecum est sapiẽtia omnium artifex & moderatrix. Mecum prudentia: quę rerum exitus metitur: quę nec formidandas fortunę minas/nec exoptandas facit esse blandicias. Mecum etiam innocentia: qua homines tecti cũcta pellunt pericula/aduersitates supant omnes. Sed dura atq; horrida sũ. Qui uenire post me cupiunt abnegẽt semetipsos. Nã q uitiorũ illecebris & cupiditatũ lenociniis se se dederũt, me nõ attingũt. Nemo tñ tã pfligatꝰ /tã pditus/tã ab om̃i honestate relictus inuenitur: qui saltim simulatione mei nominis non gaudeat: uiri autem pbi/labo

rum patiētis/integritate & fide illustrati; quorum mentes diuinę atq; æternę ita presentiūt in posterū: vt nihil, nisi sempiternum spectent/in meis castris versant/meis potiuntur triumphis. etenim apud me nihil gloriosum/nisi difficile. Quicquid non laboranti accessit: id neq; carū/neq; iucundum puto. Militię quidem meę cōuenit/excuti calamitatibus & ꝓbari/sub infelicitatibus feliciter ampliari sub pssuris adolescere/cum periculis habere certamen/& ad portū perpetuę fœlicitatis ꝑ furētia mūdi discrimina nauigare. Ille igitur, qui vexatus ab iniquis/honorib⁹ & fortunis oppugnat⁹ in luctu/lamentis/squalloreq; iacet, robur excitet animi/fortiter ferat ferendo vincat. sic eius constantia: sic fides ꝓbabitur, quę apud deum multo pretiosior est auro; quod per ignem probatur. Hic: qui ex magna & iusta spe deturbatus pro pręmiis durę virtutis/confictí/falsiq; sceleris pœnas subiit, cogitet fortes & sapientes viros non tam pręmia sequi solere recte factorum: q̄ ipsa recte facta/eorūq; satis amplā in terris esse mercedem recte fecisse/cum in cœlis æqua meritis pręmia pensentur. Iste/si in aliquo reipublicę naufragio in hostiū rapitur seruitutem, consoletur, quia licet corpus captiuum sit/animus tamen fortis capi non potest/ & si indignum fert exilium, putet exilium ibi esse: vbi virtuti non sit locus. Alius/ dum nefarie torquetur: vt a veritate, a iustitia, a pietate deflectat,

fixũ in animo teneat/ oportere a nulla re honesta vel periculi, vl' doloris magnitudine deduci/mor temq; turpitudine antiquioré haberi. sic ostendet inuictã atq; inuulnerabilem esse virtuté. Alius, dũ ab iniquo iudice dolose iniusteq; damnatur/dum opprimitur, gaudeat, quia in sinu diuinę iusticię fouebitur. statera. n. dolosa abominatio est apud deum/& pondus ęquum voluntas eius, qm̃ iustus est dominus & iustitiã dilexit/& quibuscunq; red dit iuxta eorum opera. Alius/dum ab impurissi/ mis criminat'/dũ despicit'/dũ falsæ opinionis sup pliciũ luit. Intueat' sanctissimos martyres tot iur/ gia/ afflictiones & cruciatus ppessos/primũq; præ oculis habeat innocentissimũ regem regum chri/ stum a scelestissimo & pessimo omniũ herode lu dibrio & contumelia affectũ. ad eum castas preces & purgatũ animum effundat. in eo acquiescat, ab eo solatium quęrat, quoniã ipse est reffugium bo norum omnium/& persecutionem ferentibus co/ piosam in cœlis parat mercedem. Omnes insup qui inter varias mundi procellas & turbines a du ra & crudeli sorte vexantur, sciant satius esse in ca stris q̃ in delitiis fortunę versari. scriptũ. n. est/ sa lus mortalium in tempore tribulationis. solebat diuinus ille Paulus inter uarios ictus diuersaq; ver bera, velut cœlestis armiger ĩ infirmitatibus potés gloriari: nec id ab re, nam cum acerba mundi vul nera sustinent homines(quod summę sanctitatis

est)certę spei fiducia in sũma tranquillitate se esse credunt/nec pñtes quidem angustias sentiunt/dũ in futuram felicitatem tota animi intentione ꝓten duntur. Cum ergo o mortales? nobis nõ desit op/tatissimę immortalitatis/eternęq; felicitatis conse quendę facultas, nõ ꝑmittamus in lacũ corruptio nis nos submergi/aut ĩ tenebris ignorãtię ita inuol ui: ut in diuinã cognitionem & essentiã trãsire neg ligentes uertamur in belluas. Reuocem⁹ mẽtem a sensibus. caute deuitem⁹ sirenum cantus/& noxia Circes pocula. Abiitiam⁹ opera tenebrarũ. indua mur arma lucis/et ueluti fortes athletę ĩ elide olym pica oratione inflãmati/ac fidei & uirtutis clipeo suffulti ardua atq; aspera subeuntes ita ꝓliemur in sęculo: ut ꝑ aduersa simul & secunda ꝓbati/idest nec a tristi fortuna oppresi/nec a iucũda corrupti/ ꝓclara certamina cõfecisse dicamur/& deniq; chri sti ac sanctorũ eius uestigia sequentes/ ꝑ timorem dei humiles eff ecti/ ꝑ pietatẽ mites/ꝑ scientiã uerũ bonũ cognoscentes/ ꝑ fortitudinem esurientes/ac sitientes iustitiam/ꝑ remissionẽ & indulgentiã mi sericordes/ꝑ mentem castam atq; integrã mundi & nitentes/ ꝑ sapientiã rationi obtemperantes/ ita famulemur altissimo: ut eum ĩ oĩbus & omnia in eo toti⁹ amoris flagrantia diligentes/ad nostram/ ad quam creati sũmus ideam redire/ & nos ipsos in deo recuperare/ac in cœlorũ regno iustitię co/ronam & sempiternam gloriam suscipere ualea/